



**Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis  
Ecclesiæ**

**Johann Hugo <Trier, Erzbischof>**

**Mogvntiæ, 1688**

Processio in die S. Marci.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](#)

# PROCESSIO IN DIE S. MARCI.

Et in diebus Rogationum.

**C**lerus & populus horâ statutâ manè in Ecclesia congregati, omnes contrito & humili corde Deum flexis genibus pauli per presentur. Sacerdos pluviali cum ministris, vel saltem superpelliceo & stolâ violacei coloris sit indutus, cuius coloris habitu in reliquis processionibus semper utatur, præterquam in processionibus Corporis Christi, & quæ fiunt solennibus diebus, vel in gratiarum actionem, quibus diebus utitur colore propriæ solennitati congruenti. Cæteri verò sacerdotes & Clerici, si adsiunt, superpelliceis induti sequentem antiphonam stantes concinant.




**Antiph.** Exurge Domine adjuva nos, & libera nos



propter nomen tuum. **Psalm.** Deus auribus nostris



audivimus: patres nostri annunciaverunt nobis.



**Gloria &c.** Postea repetitur Antiphona.

**Exurge Domine &c.** Deinde genuflectant omnes: duo

Clerici, vel ubi tot non habentur, duo cantores aut chorales, ante altare majus genuflexi, devotè Litanias de omnibus SS. in modo et uno suprà de bened. ignis, pag. 218. cantare incipient, cæteris eadem voce qui habent in missali respondentibus: cum autem cantatum erit.

O o

San. Sabathro S.



Sancta Maria, Ora pro nobis.

Surgunt omnes, & ordinatim procedunt, egredientes, Litani asque prosequentes, præcedente cruce, & sequente Clero, si adsit, ultimo loco sacerdos paratus, ut supra dictum, cum ministris, proures vel locus postulat.

Si processio sit longior, Litaniis usque ad preces exclusivè absolutis, dici possunt aliqui psalmi ex poenitentialibus vel graduallibus, Hymni verò seu cantica lætitiae in rogationibus, vel aliis poenitentiaæ causâ institutis processionibus, non dicantur.

Si ad Ecclesiam in via sit divertendum, ingressis Ecclesiam, intermissis etiam Litaniis vel Psalmis, cantatur Antiph. cum Versu & oratione sancti Patroni illius Ecclesiae.

## PROCESSIO IN FESTO SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI.

**O**rdo processionis formari potest ex descripto superiùs ordine processionis solennioris pag. 284. quo instituto, sacerdos pluviali albo indutus ter incensat Sacramentum genuflexus. <sup>Si</sup> Diaconus adsit, decens vellum scapulis sacerdotis circumponet <sup>ut</sup>, poterit, qui parte veli illius ante pectus pendente, utrâque manu cooperât, monstrantiam à Diacono sibi porrectam in supremo altari genuflectens <sup>venit</sup>, ~~et sub ecclasiā~~ <sup>et</sup> ~~ad altare~~ <sup>Tantum</sup> ~~assurgit~~, <sup>et</sup> ~~benedictionem~~ <sup>et</sup> ~~augustinum~~ <sup>et</sup> ~~Sacramento~~ <sup>et</sup> ~~vertit se ad populum~~, <sup>&</sup> ~~th~~ribulum vel thuribula præferuntur. Dum discedit ab altari, Clerus, vel sacerdos cantare incipit hymnum, Pange lingua gloriosi &c. Quo inchoato processio in viam se dat & progreditur. Omnes procedent nudo capite, & hymnum devotè prosequentes, etiam in via: Lauda Sion Salvatorem &c. <sup>vel</sup>